

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Beatus Augustinus episcopus: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

gultum. ex uirgulto oritur
fructus. In fructu etiam pro
ducitur semen. Ad damus
ergo quia et semen latet
in semine. Quid igitur mi
rum. si ossa. neruos. carnem
capillosq. reducat. expulue
re. quia lignum. fructus. folia.
In magna mole arboris. ex
paruo cottidie semine re
staurat. Cum ergo dubi
tans animus de resurrectio
nis potentia. rationem que
rit. earum rerum ei questi
ones inferendae sunt. quae
& incessanter fiunt. et tam
ratione comprahendi ne
quaquam possunt. Ut dum
non ual& ex uisione rei pene
trare quod conspiciat. de re
pmissione diuinae potentie
credat quod audit. Illa er
go uobiscum frs kmi pmis
sa cogitate. quae permanet.

Quae uero cum tempore transe
unt. uelut iam dispicite.
Ad huius resurrectionis gloria
quam in se ueritas ostendit.
tota intentione festinate.
Terrena desideria quae ab
auctore separant. fugite.
Quia tanto altius ad conspe
ctum di omnipotentis pertin
gitis. quanto mediatorum
di et hominum singulariter
amatis. Qui uiuit et reg
nat cum patre in unitate
spis scis ds. per omnia secula
saeculorum Amen.

IN NATI SCL MARCI

EVANGELISTAE

LECTIO SCL EU SEC IOH

In illo temp. **D**ixit ihc disci
pulis suis. Ego sum uitis uera.
et pater meus agricola est. et itq;

OMELIA BEATI AUGU

STINI EPI. DE LLADIM

LECTIONE

ISTE LOCUS EUANGE
 LICVS FR̄S. VBI SEDICIT
 dñs uitem. et discipulos suos
 palmites. secundum hoc di
 cit quod est caput ecclesie.
 nosq. membra eius. media
 tor dī et hominum. homo
 xp̄c ih̄c. Unius quippe na
 turae sunt uitis et palmites.
 Propter quod cum esset dī.
 cuius naturae non sumus.
 factus est homo. ut in illo eēt
 uitis humana natura. cuius
 et nos homines palmites esse
 possemus. Quid ergo est. ego
 sum uitis uera. Ab illa itaq.
 discernit cui dicitur. Quo
 modo conuersa in amantū
 dinem uitis alienae. Nam
 quo pacto est uera. quae ex
 spectata est ut faceret uuam.
 fecit autem spinas. Ego sū
 inquit uitis uera. et pater m̄s
 agricola est. Omnem palmitē

in me non ferentem fructum.
 tollet eum. Et omnem qui ferit
 fructum purgabit eum. ut fru
 ctum plus afferat. Numquid
 unum sunt agricola et uitis.
 Secundum hoc ergo uitis xp̄c.
 secundum quod ait. pater maior me
 est. Secundum id autem quod
 ait. ego et pater unum sumus.
 et ipse agricola est. Ne talis qua
 les sunt qui extrinsecus operan
 do exhibent ministerium. sed
 talis ut det etiam intrinsecus in
 crementum. Nam neq. qui plan
 tat est aliquid. neque qui rigat.
 sed qui incrementum dat dī.
 Et itaq. dī est xp̄c. qui dī erat uer
 bum. unde et ipse et pater unū
 sunt. Et si uerbum caro factum
 est quod non erat. manet quod
 erat. Deniq. cum de patre tā
 quam de agricola dixisset. qđ
 infructuosos purget ut plus af
 ferant fructum. continuo etiā

seipsum mundatorem palmitū
ostendens. Jam uos inquit mundi
estis. propter sermonem quem lo
cutus sum uobis. Ecce et ipse mun
dator est palmitum. quod est
agricolae. non uitis officium.
Qui etiam palmites operarios suos
fecit. Nam et si non dant incre
mentum. impendunt tamen
aliquod adiumentum. sed non
de suo. Quia sine me inquit
nihil potestis facere. Audi
etiam ipsos confitentes. Quid
autem est apollo. quid autē
paulus. ministri per quos cre
didistis. et unicuique sicut dñs
dedit. Ego plantaui. apollo
rigauit. Et hoc ergo sicut uni
cuique dedit dñs. non itaque de suo.
Jam uero quod sequitur. sed dñs in
crementum dedit. non per illos.
sed per seipsum facit. Excedit
hoc humanam humilitatem.
excedit angelicam sublimitatē.

nec omnino pertinet. nisi ad
XII. agricolam trinitatem. Jam uos
mundi estis. Mundi scilicet. atque
mundandi. Neque enim nisi mun
di essent. fructum ferre potuissent.
Et tamen omnem qui fert fructum
purgat agricola. ut fructum plus
afferat. Fert fructum qui mun
dus est. atque ut plus afferat pur
gatur adhuc. Quis enim est
in hac uita sic mundus. ut non
sit magis magisque mundandus.
Ubi si dixerimus quia peccatum
non habemus. nos ipsos seduci
mus. et ueritas in nobis non est.
Si autem confessi fuerimus pec
cata nostra. fides est et iustus.
qui dimittet nobis peccata
et mundet nos ab omni iniqui
tate. Mundet utique mundos.
hoc est fructuosos. ut tanto sint
fructuosiores. quanto fuerint
mundiores. Jam uos mundi
estis. propter uerbum quod

locutus sum uobis. Quare non
 ait. mundi estis propter bap-
 tum quod abluti estis. sed ait pro-
 pter uerbum quod locutus sum uob.
 nisi quia & in aqua uerbum mun-
 dat. Octabe uerbum. et quid e-
 aqua nisi aqua. Accedit uerbu
 addonem tum. et fit sacramentum
 etiam ipsum tamquam uisibile
 uerbum. Nam de hoc utique
 dixerat. quando pedes discipu-
 lis lauit. Qui lotus est non in-
 diget nisi ut pedes lauet. sed
 est mundus totus. Unde ista
 tanta uirtus aquae. ut corpus
 tangat. et cor abluat. nisi faci-
 ente uerbo. non quia dicitur.
 sed quia creditur. Nam et in
 ipso uerbo. aliud est sonus tran-
 siens. aliud uirtus manens. hoc
 est uerbum fidei quod predica-
 mus ait ap[osto]l[us]. Quia si confessus
 fueris in ore tuo. quia d[omi]n[us] e[st] ih[esu]s
 et credideris in toto corde tuo

quia d[omi]n[us] illum suscitauit amor-
 tuus. saluus eris. Corde enim
 creditur ad iusticiam. ore aut[em]
 confessio fit ad salutem. Unde
 et in actibus ap[osto]lorum legitur.
 Fide mundans corda eorum.
 Et in epistola sua beatus petrus.
 sic et uos inquit baptisma sal-
 uos facit. Non carnis depositio
 sordium. sed conscientiae bonae
 interrogatio. hoc uerbum fidei
 quod predicamus. quos sine du-
 bio ut mundari possit. conse-
 cratur et baptismus. Xp[istu]s qui p[ro]
 pe nobiscum uitis. cum patre
 agricola. dilexit a ecclesia.
 et seipsum tradidit pro ea. Lege
 ap[osto]lum. et uide quid ad-
 iungat. Ut eam scificaret in-
 quit. et mundans eam lauacro
 aquae in uerbo. Mundatio
 igitur nequaquam fluxa. et
 labili tribueretur elemento.
 nisi adderetur in uerbo. hoc

uerbum fidei tantum ualeat in
a ecclesia dī. ut per ipsum creden
tem. offerentem. benedicentem.
tingentem. etiam tantillum
mundet infantem. quamuis
nondum ualentem corde crede
re. ad iusticiam. et ore confiteri.
ad salutem. Totum hoc fit per
uerbum. de quo dñs ait. Iam
uos mundi estis. propter uerbū
quod locutus sum uobis. Mane
te inquit in me. et ego in uobis.
Non eo modo illi in ipso. sicut ipse
in illis. Utrumq; enim prodest.
non ipsi. sed illis. Ita sunt quip
pe in uite palmites. ut uita nō
conferant. sed inde accipiant
unde uiuant. Ita uero uitis
est in palmitibus. ut uitale
alimentum subministrat eis.
non sumat ab eis. Ac per hoc
et manentem in se habere xpm.
et manere in xpo discipulis
prodest utrumq;. non xpo.

Nam praeciso palmitē. potest
de uila radice alius pullulare.
Qui autem praecisus est. sine radice
non potest uiuere. Deniq; adiun
git et dicit. Sicut palmet non po
test ferre fructum a semetipso nisi man
serit in uite. sic nec uos nisi in me
manseritis. Magna gratie commen
datio fss mei. corda instruit humi
lium. ora obstruit superborum.
Ecce cui si audent respondeant.
qui ignorantēs dī iusticiam. et
suam uolentes constituere. iusti
ciae dī non sunt subiecti. Ecce
cui respondeant sibi placentes. et
ad bona opera faciēda. dīm sibi
necessarium non putantes. Non
ne huic resistunt ueritati. homi
nes mente corrupti. reprobi circa
fiden. qui respondent et locuntur
iniquitatem dicentes. Adō habe
mus quod homines sumus. a nob
ipsis autem quod iusti sumus.
Quid dicitis. qui uos ipsos deci

pitus. Non assertores. sed prae-
cipitatores liberi arbitrii. ex alto-
elationis. perinania praesump-
tionis. in profunda submersio-
nis. Nempe uox ur̄ae est. quod
homo a se metipso facit iusticiā.
hoc est altum elationis ur̄ae. Sed
uentas contradicit. et dicit. Pal-
mes non potest ferre fructum a se
metipso nisi manserit in uite.
Ite nunc per abrupta. et non ha-
bentes ubi figamini. uentos alo-
quacitate laetamini. haec sunt
inania praesumptionis ur̄ae.
Sed quid uos sequatur uidete.
etsi est in uobis ullus sensus. hor-
rete. Qui enim a se metipso se
fructum existimat ferre. in
uite non est. Qui in uite non
est. in xp̄o non est. Qui in xp̄o

adiungat. et dicat. Ego sum
inquit uitis. uos palmites.
Qui manserit in me et ego in eo.
hic fert fructum multum. quia
sine me nihil potestis facere.
Ne quisquam putaret saltim ali-
quem paruum fructum posse
a se metipso palmiton ferre. cum
dixisset. hic fert fructum multū.
non ait. quia sine me paruum
potestis facere. sed nihil potestis
facere. Siue ergo paruum siue
multum. sine illo fieri non po-
test. sine quo nihil fieri potest.
Quia etsi parum attulerit palmes.
eum purgat agricola ut plus
afferat. tamen nisi in uite man-
serit. et uixerit de radice. quan-
tumlibet fructum a se metipso
non potest ferre. Quamuis aut

ur̄ae. Etiam atq. etiam con-
siderate. quid adhuc uentis

mitibus non praebere. nisi etia
d̄s esset. Uerum quia ita sine

ista gratia non potest uiui. ut
mors in potestate sit liberi arbi-
trii. Siquis in me inquit non
manserit. mittetur foras sicut pal-
mes et arefcet. et colligent eum.
et in ignem mittent et ardet.
Ligna itaq. utris tanto sunt con-
tempibiliora. si in uitte non
manserint. quanto gloriosiora
si manserint. Deniq. sicut de his
etiam per ezechielem propheta
dn̄s dicit. Praecisa. nullis agri-
colarum usibus profunt. nullis
fabri libus operibus deputant.
Unum de duobus palmiti con-
gruit. aut uitis. aut ignis. Si
in uitte non est. in igne est. Ut
ergo in igne non sit. in uitte sit.
Si manserit in me inquit. et uer-
ba mea in uobis manserint. quod
cumq. uolueritis petetis. et fiet
uobis. Manendo quippe in
x̄po. quid uelle possunt nisi
quod conuenit x̄po. Quid

uelle possunt manendo in sal-
uatore. nisi quod non alienum
est a salute. Aliud quippe uo-
lumus quia sumus in x̄po. et aliud
uolumus. quia sumus adhuc in
hoc saeculo. De mansione nanq.
huius seculi nobis aliquando
subripit. ut hoc petamus quod
nobis non expedire nescimus.
Sed absit ut fiat nobis. si manemus
in x̄po. qui non facit quando pe-
timus. nisi quod expedit nobis.
Manentes ergo in eo. cum uerba
eius in nobis manent. quod cumq.
uoluerimus petimus. et fiet nobis.
Quia si petimus et non fiet. non hoc
petimus quod habet mansio in eo.
nec quod habent uerba eius quae
manent in nobis. sed quod habet
cupiditas et infirmitas carnis.
quae non est in eo. et in qua non
manent uerba eius. Nam utiq.
ad uerba eius pertinet oratio
illa quam docuit. Ubi dicitur.

pater noster qui es in caelis
 Ab huius orationis uerbis et sensibus
 non recedamus petitionibus
 nostris. et quicquid petimus fiet
 nobis. Tunc enim dicenda sunt
 uerba eius in nobis manere. quan-
 do facimus quae praecipit. et di-
 ligimus quae promisit. Quan-
 do autem uerba eius manent
 in memoria. nec inueniuntur
 in uita. non computatur pal-
 mes in uita. quia uitam non
 adtrahit ex radice. Ad hanc
 differentiam ualet. quod scriptum
 est. Memoria retinentibus
 mandata eius. ut faciant ea
 Multi enim memoria retinent
 ut contemnant. uel etiam de-
 rideant. aut obpugnant. In
 his uerba christi non manent. quia
 tangunt. quodammodo non
 coherent. Et ideo illis non erunt
 in beneficium. sed in testimonium.
 Et quia sic insunt eis. ut non ma-

neant in eis. Ad hoc tenentur
 ab eis. ut iudicentur ex eis.
 Magis magisque saluator gratiam
 qua saluamur. discipulis loquen-
 do commendans. In hoc inquit
 clarificatus est pater meus ut
 fructum plurimum afferatis. et
 efficiamini mei discipuli. Siue
 glorificatus siue clarificatus di-
 catur. ex uno uerbo greco utriusque
 translatum est. quod est doxaste.
 Doxa enim quae grece dicitur.
 Latine gloria est. Si enim in hoc
 clarificatus est pater dei. ut fru-
 ctum plurimum afferamus.
 et efficiamur christi discipuli. non
 hoc nostrae gloriae tribuamus.
 tanquam hoc ex nobis ipsis ha-
 beamus. Cuius est enim haec gloria.
 Et ideo in hoc. non nostra. sed eius
 est gloria. Unde et alibi cum
 dixisset. sic luceat lumen uestrum
 coram hominibus. ut uideant
 opera uestra bona. ne a se metipsis

putarent esse bona opera sua.
mox addidit. et glorificent
patrem u^m qui in caelis est.
In hoc enim glorificatur pater.
ut fructum afferamus. et effi-
ciamur x^pi discipuli. A quo
efficiamur. nisi ab illo cuius
misericordia praeuentit nos.
Ipsi enim sumus figmentu.
creati in x^po ihu. in operibus
bonis. Sicut dilexit me in-
quit pater. et ego dilexi uos.
manete in dilectione mea.
Ecce unde sunt nobis opera bo-
na. Nam unde nobis essent.
nisi quia fides per dilectione
operatur. Unde autem dili-
geremus. nisi prius diligerem.
Aperissime hoc in epistola sua
iste euangelista dixit. Nos
diligimus. quia ipse prior di-
lexit nos. Quod aut ait. sicut
dilexit me pater. et ego dilexi
uos. non equalitatem naturae

ostendit n^rae et suae. sicut est
pater et ipsius. sed gratiam
qua mediator est dei et hominu
homo x^pe ihc. Mediator
quippe monstratur. cum dicit.
Diligite me pater. et ego uos.
Nam pater utique dilexit nos.
sed in ipso. Quia in hoc glori-
ficatur pater ut fructum affera-
mus in uita. hoc est in filio. et ef-
ficiamur eius discipuli. manete
inquit in dilectione mea.

**INNATALE APOSTOLORUM
PHILIPPI ET IACOBI**

**LECTIO S^CI EUANGELII
SCDM IOHANNEM**

In illo tempore. Dixit ihc di-
scipulis suis. Non turbetur cor
u^m. Creditis in deum. et in me
credite. In domo patris mei. man-
siones multae sunt. Si quomi-
nus. dixissem uobis.